

**Publication/Creation**

1949

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/xyjdksqb>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



## Os valdè dissectum.

**V**ASTA oris dissectio, stolidissimi, crudi, & impij hominis notas præbent. Talia namque sunt arietum ora. Polemon. Manducones Adamantius, & insipientes dicit, & ad canes refert. Albertus. Cum os ultra modum dilatatur, ut diductum, & rescißum videatur, immitem, impium, bellicosum, & voracem notat, à Polemone marinis beluis, & monstris assignatur. Polemon, & Adamantius in figura fatui improbi tribuunt ei os garrulum, & apertum, ut bifida facies videatur. Ego potius ad lupos, quam ad canes referrem, nam os valdè diffictum habent, & ingluvies est lupo rum propria. Sed carniuра animalia amplio sunt oris ductu omnia. Lupa pisces vasm habet os, & gule deditus, ut natura ei tale dederit. ad optimè vorandum. Lamia pisces largo est oris hiatu, nam voracissimus, & antropophagos, ut integra mortuorum cadavera voret ab hac insigni ingluwie ab Oppiano δοκιμα τε καὶ συντελεῖ dicuntur. Piscatrici rane os amplum, & latum ad pisces ingenium, moresque per accommodatum, eminentia sub oculis cornicula turbato limo exerit, ut assultantes pisces per trahens, donec tam propè accedat, ut affiliat. Tragloditici boues, ut qui lupo rum instar carniuori sunt, omnibus rictus usque ad aures debiscit, ex Plinio. Et Aelianus omne genus animalium ab eis inuadi dicit. Tali ore villicus meus præeditus est, & simul stoliditate, & canina exuritione.

## Apertum os.

**A**PERTVM os stultiæ signum dicerem, & ad apparentem decentiam referrem. Plerique apud nos sunt hianti ore stantes, & incedentes, & insipientes, & stupidi sunt. Aristophanes οὐκέτι id est ore hiantes, pro stultis accepit.